

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Mors x  
cum fonte primo

Memento mortis tue et non  
peccabis.  
Qui se cotidie recordatur esse  
moriturum contempnit presencia  
et ad futura festinat.

Ieronymus Cypriano.

ad hunc sensum pertinet et illud,  
quod dicitur:  
memento mortis tuae et non  
peccabis (Eccli. 7:36).  
qui enim se recordatur cotidie esse  
moriturum, contempnit praesentia  
et ad futura festinat.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*,  
140, 16, 3 (CSEL 56, I. Hilberg ed.,  
p.286, ll.8-11).